Quelle: https://manuscripta.at/?ID=924
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Eius uxor interrogati in deum Qualiter de anno domini etc. sexage-
simoseptimo circa festum penthecostes quedam eius puer barbara nomine
septennis febres quartanas incidens in eisdem plus quam per integrum
annum elaboravit, que dum dicti eius pater ad tumbam beati leop-
poldi cum oblatione adduxissent statim eam febris reliquit
Anna uxor petri Tebrer de Newnburga claustrali interrogata
dixit, qualiter anno proxime preterito videlicet sexagesimooctavo circa festum sancte
margarethe quedam eius filius annorum decem sue etatis, interrap-
tus vel obsessus, terribiles et insolitos clamores emisit ita quod tota
vicinia accurrens de hoc plurimum mirabatur Qui quidem innocens
per tres dies continuos ita clamando seipsum verberavit, et nisi per
parentes prohibitus fuisset seipsum precipitasset Apparuit quod interdum
ultra naturales vires fortissimus quod vix aliquotiens a pluribus teneri
poterat Cumque aliquotiens sal benedictum eius ori immitteba(tur) id
statim cum terribili strepitu expuit Et dum aqua benedicta asperge-
batur mirabiliter clamavit, putabatur quod ex huiusmodi contactu obsessus
Tandem mater eius videlicet ipsa testis de hoc plurimum turbata beatum
leopoldum pro salute filii sui humiliter invocans eius tumbam cum
orationibus et oblatione votiva accessit Et dum post completas orationes
domum suam redisset, dictum eius filium quiescentem et melio-
rantem reperit qui post paucos dies omnino sanatus fuit Udal-
ricus Smucker testis supra descriptus recollectus ut ceteri deposuit se
ante annos viginti aliquo anno plures audivisse, qualiter quidam Mar-
tinus Wuess tunc monasterii predicti campanator sibi retulerit
quod dum quadam vice in medio noctis ad pulsandum matutinum
ecclesiam ingressus fuisset, quendam virum elegantis stature cum
barba grisea oblonga, albis vestibus et preciose vestitum ante altare
sancti Augustini in choro eiusdem ecclesie situatum, genu flecten-
tem vidisset, de quo plurimum territus recedere volebat, Dictus
vero vir campanatorem affabiliter consolando alloquebatur dicens ei
Ne timeas ego sum leopoldus fundator huius monasterii, dic
fratribus hic constitutis quod prima laborent canonisatione, quia tempus
est ut canoniser, quo dicto disparuit Georius Stainparher